



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXIV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Pauls-Altare in der  
Pfarr-Kirche zu Burg gewisse Schenkungen, am 23. Februar 1339.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXIV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Pauls-Altare in der Pfarr-Kirche zu Burg gewisse Schenkungen, am 23. Februar 1339.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vt actiones hominum viles et honestas temporum instabilitas non aboleat etc. — Hinc est quod nos Ludewicus, dei gratia brandeburgensis ecclesie episcopus ad omnium christi fidelium tam presentium quam futurorum notitiam deducimus per presentes, quod discretorum virorum fricconis de wantsleue et domini Johannis sacerdotis, quondam rectoris scholarum in borch, et quorundam aliorum affectibus, presertim cum honorem dei et salutem animarum suarum respiciant, deuoto concordantes affectu, nostrum beniuolum prebemus assensum. Predictus enim fricco sicut cognouimus, vnum mansum in campo nyendorp quatuor iugera extra nouem menia ante ciuitatem borch in presenti et in vita et sex iugera post mortem suam intra nouem menia sita et predictus dominus iohannes quinque iugera circa pomerium etiam intra nouem menia sita ad altare sancti Pauli apostoli, in ecclesia sancte marie uirginis in borch situm, pro suarum ac progenitorum suorum et benefactorum suorum animarum salute, in perpetuum donauerunt, hoc modo, quod ex nunc et de cetero in perpetuum domino fauente sacerdos ydoneus dicto altari deseruire debeat, missam in eo frequentius celebrando, et de dictorum agrorum fructibus sustentari. Debet enim dominus Mathias plebanus dicte ecclesie in borch quoad uixerit ad placitum suum instituere personam ydoneam dicti altaris ministrum, futurus uero plebanus et successores ipsius cum beneficium predicti altaris vacare contigerit, clericum secularem ydoneum et honestum pro quo dictus fricco seu sui amici petierint instituere ita quod ad presentandam personam ydoneam et honestam et instituendam auctoritate nostra predicti plebani in borch plenam et perpetuam habeant potestatem. Dicitus uero altaris minister, qui pro tempore fuerit missam ad altare sancti Pauli infra summam missam dicet, Si uero plebanus ecclesie ratione funeris presentis forsitan vnus missae indigentiam habuerit, presbiter sepe dicti altaris cum sua missa debet plebano beniuole suffragari, oblaciones uero si que ad altare vel ad manus predicti sacerdotis delate fuerint, plebano sine diminutione qualibet presententur. Est etiam sciendum quod sepe dicti fricconis et domini Johannis et suorum progenitorum anniuersarius peragi debeat in ecclesia parochiali beate marie uirginis in borch perpetuis temporibus per plebanum et tres cappellanos et custodes feria sexta infra octauas pentecostes hora uesperarum cum uigilijs et sequenti die cum missa pro defunctis et singulis dominicis diebus eorum memoria per capellanum debeat fieri in ambone et perinde minister dicti altaris in anniuersario dictorum uidelicet fricconis et domini Johannis ac suorum progenitorum plebano duos solidos, tribus capellanis cuique vnum solidum, custodj quatuor denarios, subcustodi duos denarios de supra dictis agris annis singulis ministrabit. Nos igitur Ludewicus, dei gratia brandeburgensis episcopus supra memoratus, diuinum cultum promouere et augmentare volentes et pium deo obsequium in omnibus semper inpendere, ut christus amplius in suis laudetur operibus et deuoti homines, qui ad altare predictum suas elemosinas largiti fuerint, salutem animarum suarum ac veniam celerius consequantur, dictam dotis assignationem ratam habuimus et eam cum omnibus supra dictis presentibus approbamus simulque confirmamus nostri sigilli munimento, iniungentes omnibus christi fidelibus in remissionem suorum peccatorum, ne deinceps quisquam bona dicto altari assignata et dotata contra iustitiam aliquatenus molestare presumat. Si quis uero predicta bona molestare aut inpugnare temere presum-

perferit indignationem omnipotentis dei atque nostram se nouerit grauiter incurfurum. Datum et actum anno incarnationis ihesu cristi M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIX<sup>o</sup>., in die Mathie apostoli.

Nach dem Originale des Stadtarchives Nr. 79.

XXV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Andreas-Altare zu Burg gewisse Schenkungen, am 25. Januar 1340.

In nomine domini Amen. Vt actiones hominum vtilis et honestas temporum mutabilitas non aboleat etc. — Hinc est quod nos Ludewicus dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus ad omnium christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam deducimus — Quod nos domini Mathie, plebani in Borch et Canonici ecclesie sancte Marie virginis in Magdeburgh et domini Lamberti plebani in Seydyz uotis, Prefertim cum honorem dei et salutem animarum suarum respiciant, pio concurrentes affectu, nostrum Beniolum prebere debemus assensum. Predicti enim, sicut accepimus ab eisdem, sex frustorum reddituum, quorum vnus chorus cum dimidio filiginis et vnus chorus cum dimidio in villa Recele et vnus chorus filiginis cum sex solidis Magdeburghensium denariorum in villa Resene, et tredecim modios filiginis et dimidium chorom auene et tres modios tritici et quatuor modios cum dimidio ordei et duodecim solidos Magdeburghensium denariorum in campis ville Cybbeckleue ante opidum Borch sitos, quorum proprietati Reuerendus pater et dominus dominus Otto Magdeburghensis Ecclesie Archiepiscopus cum consensu sui capituli a sua Ecclesia abdicauit, ad altare beati Andree Apostoli in Ecclesia beate Marie virginis borch situm et quosdam alios redditus annuos ante opidum Borch sitos atque agros quatuor iugerum pro suarum et progenitorum animarum salute perpetue decreuerunt deputandos hoc modo, Quod ex nunc et de cetero in perpetuum domino concedente sacerdos ydoneus dicto Altari deseruire debeat missam singulis diebus in eo celebrando et de dictis redditibus sustentari etc. — Actum et datum anno Domini MCCCXL<sup>o</sup>. In Conuersione sancti Pauli Apostoli.

Nach dem Originale, dessen letzter Theil nicht mehr ganz lesbar ist, Nr. 25 des Stadtarchives.

XXVI. Privilegium des Bischofes Ludwig von Brandenburg für den Kaland in Burg, vom 9. September 1340.

In Nomine domini Amen. Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in filio uirginis gloriose. Cum sit idem dominus omnium tam humilium quam potentium, apud quem nulla prorsus est accepcio personarum, necesse est vt vnusquisque in suo ordine et condicione suo seruiat creatori etc. — Hinc est, quod cum fratres kalendarum in Borch quasdam constitutiones inter se statuissent speciales, per quas ipsi deo copiosius deseruirent et Animarum suarum salutem celerius consequi mererentur, nobis deuotissime supplicarunt, vt intuitu dei dictas ipforum fra-